

- videtur feminas exclusisse, quando testator ipse curabat agnationem suam conservare.
- 33 Testator cum feminas prorsus exclusit a fideicommissis, videtur curare agnationem suam non conservare, sed cum quando aliqua parte dispositionis sunt vocatae feminas.
- 34 Filia descendens grauari excludit substitutum, etiam si sit de testatoris descendens.
- 35 Ubique ad aliquam successionem vocantur filii, qui per lineam masculinam descendunt, femina, quae a masculo descendit, in hac successione an comprehensa censenda erit?

CONSILIVM XIII.

Dominus sit mihi adiutor. In causa maioratus Cordubensis, visis clausulis fundationis ipsius & praesenti contentione, qua patruus possessoris maioratus petit in iudicio declarari, decedente eodem possessore absque liberis masculis, quamuis filias legitimas habeat, maioratum ad se pertinere exclusis praedictis filiabus, iuxta supra dictas clausulas maioratus, quibus caueatur, ut exstantibus masculis, filia femina non succedant. Duo sunt hic praecipue agenda, vt his discussis perspicuum sit, vtri partium iustitia patrocinetur. Primo; Vtrum is, qui successorem se esse futurum in aliquo maioratu pretendit, possit in vita possessoris ipsius in iudicio postulare, id sententia diffinitiva declarari, nec ne? Secundo; An eo concessio, patruus in causa principali habeat iuris solidum fundamentum, (hoc est) an sit legitimus successor in praedict. maioratu post mortem possidentis nunc eum, exclusis ipsius legitimis filiabus, non exstantibus filiis masculis?

Circa primum & articulum (omissa superflua altercatione) breuiter vera resolutio ac sententia, quam praxis accepit & recepit in Regalibus Auditoriis & tribunaliibus Supremis est, successorem maioratus id minime petere posse in vita possessoris eiusdem eo inuito, sed tantum post ipsius mortem, eo, quod sit tractus futuri temporis, qui ad iudicem minime spectet nec pertineat duobus casibus exceptis. Primo, quando maioratus possessor bona maioratus dissiparet. Secundo, quando se iactaret, bona asserta maioratus esse libera, sed de illis posse ad libitum disponere. Ita concludunt Anton. Gom. in l. 40. Taur. num. 79. Arias Pinel in l. 1. in 3. part. nu. 78. C. de bon. mat. Couar. lib. 1. var. res. l. c. 18. nu. 8. Greg. Lop. in l. 1. in 2. part. 3. & D. Ant. de Padilla in l. 1. nu. 30. C. de fideicom. & nouissime idem latius omnibus probauit atque deduxit D. Molin. libr. 3. de Hist. primog. c. 14. per totum. Et quamuis Rod. Suar. allegat. 4. contrarium videatur tenere, loquitur tamen & intelligitur in casibus supra exceptis: quem sic intelligunt Couar. & Gregor. Lop. vbi supra in gloss. En el tiempo que esta por venir. Item & Arias Pin. vbi s. qui optime quoque; examinat articulum presentem. Doctissimus etiam Iacob. Siman. huius opinionis nouissime fuit in suo libello de ceptatione, ca. 11. & haec est vera resolutio, vt praediximus, & quam reuera probat & ad litteram sequitur post huius operis primam editionem Ioan. Garcia de nobil. glo. 47. numer. 14. cum sequenti bus, tamen n. 16. immerito & potius animo mordendi intelligat nos aliud sensisse, cum ipse idem prius probauerit, vt patet ex supra dict. & ex sua resolutione. Quo fit, vt praedict. patruus in proposito minime agere possit, dissipatione bonorum vel iactantia supra dictis minime interuenientibus. Circa secundum articulum, qui videtur habere difficultatem, operae pretium duxi, rem agere pro vtraque parte, vt veritas magis eluceat.

Et primo pro patruo facit text. in cap. 1. de eo, qui sibi & hered. suis mas. & c. Vbi probatur, quod si vasallus pro se suisque heredibus masculis, & his deficientibus, femina, inuestituram acceperit, femina non succedit in be-

neficio, quam diu masculus superest: reddite; tex. rationem. Non enim patet locus feminae in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui de hoc feudo fuerit inuestitus, & ibi notant gl. & ceteri feudistae. Circa quem tex. tria sunt consideranda, vt magis astringat pro patruo. Primo, quod ratio ipsius est generalis, per quam extenditur ipsius dictum & decisio. Nam quando ratio expressa in lege est generalis: & de cetero particularis, tunc ratio generalis pro lege habetur, & de cetero loco exempli est, vt plures allegans concludit communem esse sententiam Mench. de success. creat. §. 28. statum in princ. col. 2. Secundo, quod valet argumentum de feudo ad maiora-tum, vt alios referens tradit D. Ant. de Padil. in rub. n. 7. C. de fideic. & resoluit communem Ant. Gom. in l. 49. Taur. n. 77. Tertio, quod in d. g. n. 6. est aliqua specialitas feudorum, sed fundat illa dispositio in mera ratione dispositionis praerentis masculos feminis, vt constat ex clausula huius maioratus, & tenent in terminis dict. c. 1. Petr. de Ancharr. & Floren. in consil. 359. inter cons. Anch. incip. Nos Petrus, & c. eoq; referens Greg. Lop. in l. 3. tit. 12. part. 6. in gl. mag. super verb. Mageres. fol. 89. col. 1. vers. & procedit, est in eadem dispositione.

Secundo pro patruo facit, quod tradit Philippus Deci. cons. 480. numer. 1. & 3. vbi probatur, quod facta a patre institutione filiorum suorum heredum, & in defectum masculorum & eorum filiorum substituta filia sua, ipsa praefertur nepti ex filio non exstantibus masculis; alias enim essent deterioris conditionis filiae testatoris si ipsae excluderentur, quam neptes quae remotiores sunt, quod non est dicendum, vt in l. si uina matre, C. de bon. matern. Item quia non est leuis illa coniectura, quod testator instituit tantum filios masculos & semper existentibus masculis exclusit feminas: Vnde videtur motus solum illa ratione, fauore scilicet agnationis, quae conseruatur per masculos, vt Doctores dicunt in simili statuto excludente a successione feminas propter masculos. Si igitur ex filiis masculis excluduntur neptes per filias testatoris ab eodem substitutas, a fortiori excluduntur per patruum patris sui, cum sit masculus descendens a linea masculina testatrix: Quandoquidem in eo militat ratio conseruandae agnationis, in qua se fundauit eadem testatrix. Et quod de iure filius testatoris vel alius qui sit de familia & agnatione ipsius, praeratur neptibus ex filiis masculis primo nominatis, tenet & probat Paul. de Cast. cons. 39. incip. casus iste frequenter contingit, & cons. 333. quem refert & sequitur Dec. cons. 370. n. 2. & in d. cons. 480. n. 2. Quod videtur expresse possum in fundatione presentis maioratus; quia primo testatrix vocauit proprii filium masculinum, deinde filium ipsius maiorem natu eiusdem nepotem vel pronepotem masculos: His vero deficientibus vocauit filium secundogenitum dicti primi vocati, ipsiusque nepotem masculum maiorem; post hos vero omnes, ita quod ex eis nullus filius masculus legitimus ex legitimo matrimonio remaneat, vocauit filiam maiorem ex filio primo vocato. Insuper addit, quod cum conditionibus (supple dichas) habeant hunc maioratum filii descendentes a primo vocato linea recta & legitima, adhuc masculina potius quam foemina, & filius maior siue nepos, hoc est filius filii maioris prius quam alius. Quid igitur apertius potuit exprimere ad praesentis casus decisionem?

Tertio pro patruo facit, quia iuxta supra. clausulam modo relatam bene sequitur atque colligit, quod neptis ex filio primo vocato, vel ex alio ipsius descendente masculino non admittitur ad successionem huius maioratus, nisi deficientibus omnibus masculis, tam descendentes, a filio primogen. primi vocati, quam a filio secundogen. a filio primogen. primi vocati. Itaque in summa non vocatur femina a filio primogen. primi vocati, sed tantum masculi, & in

& in eorum defectum filius secundogenitus descendens a primo vocato, & ipsius liberi masculi. Et sic videtur, quod patruus iste, cum sit natus ex secundo filio primi vocati, praeratur foeminis descendentes ex filiis vel nepotibus primi vocati, ac per consequens, patruus in proposito iuste petat.

Quarto pro patruo allego & elegantem doctrinam Pauli de Castro consil. 300. per totum, volum. 2. Vbi quidam suscepit emphyteosin pro se & filiis masculis vsque in tertiam generationem: & non exstantibus masculis pro foeminis, successit, quod filius masculus maior, qui habuit a patre dict. emphyteosin decessit sine filiis masculis, relictis tamen filiabus, quae volebant excludere ab emphyteosi patrum, fratrem patris sui. Et arguens Paulus ad partes tandem concludit pro patruo, vt praeratur neptibus ex fratribus: quia inter alias clausulas tenor inuestiturae habebat, quod generatio masculina praeratur foeminae. Itaque haec doctrina Castrensis expressa videtur in proposito pro patruo, quam sequitur Greg. Lopez vbi supra, dict. fol. 89. col. 1. in vers. & nota. Vbi dicit, quod masculus, etiam alterius lineae, praeratur filiae vltimi possessoris attento tenore inuestiturae disponentis, quod masculina generatio praeratur, & atque idem videri tenere Gaspar. Calder. quem refert. Tandem inquit in hoc videri latius considerandum, videlicet quod si conditor simpliciter contulit maioriam vocans ad eam descendentes suos vel alios, & tunc indistincte admittuntur masculi & foeminae ad maioriam, & duntaxat attendatur prioritas gradus, dum tamen pari gradu existentibus masculo & foemina praeratur masculus foeminae: & quod idem esset dicendum, quando dispones ab initio vocauit tam masculos quam foeminas ad maioriam. Videtur enim istius mentis fuisse & facere suam dispositionem secundum qualitates iuris communis. Quando enim, quocumque gradu successio-nis vocauit marem & foeminam, tunc in pari gradu excludetur foemina a masculo, non si masculus sit in remotiori gradu. Si vero conditor maioriam non ita disposuit, sed vocauit filium suum masculum & descendentes masculos ex eo, tunc masculus remotior excludit foeminam, etiam propinquioris gradus: voluit enim tunc disponens conseruare agnationem suam. Et refert ad hoc Ioann. Andreae & alios plures, & tandem Dec. consil. 372. num. 4. vers. secundo primum dicentem, hanc esse communem opinionem. Et addit Greg. quod hoc procedit, est in eadem dispositione post vocatorem masculorum vocet foeminas in defectum masculorum per d. c. 1. de eo qui sibi & hered. suis, aliusque fundam. huius hoc probat. Et pfecto si ad tenorem huius maioratus attendamus ipsiusque clausulas, mire conuenire videntur huic tertio casui Gregor. in quo decidit, quod masculus remotior excludat foeminam propinquioris in gradu. Haec sunt, quae pro patruo faciunt.

His tamen omnibus non obstantibus contraria sententia in praesenti casu verior videtur & tenenda, in eo quod filia maior vltimi possessoris praeratur praed. suo patruo in successione huius maioratus, primo per clausulam expressam ipsius, quae est huiusmodi. Esia la sazón de vuestro finamiento no dexare des el tal varón, ni otro alguno de vuestro hno mayor legitimo varón, o otro alguno de vuestro legitimo, & de legitimo matrimonio nacido, quatero y ordeno, que aya este dicho mayorazgo la vna y la otra mayor, que a la sazón fuere viua (iunctis verbis stat. in l. 99.) on las condiciones e prohibiciones (scil. dichas) y aya y herede de este dicho mayorazgo los vuestros hnos descendientes por línea derecha legitimos de legitimo matrimonio nacidos. e no otros algunos. Na cum nepos testatrix praesentis possessor huius maioratus, nullum filium neque alium descendente legitimum masculum habeat, consequens est, vt eius filia maior legitima debeat succedere in maioratu

post patris obitum, non alius, vt expresse continetur in dictis clausulis modo relatis, & si praedict. filia habet expressam vocationem a proauia fundatrice huius maioratus.

Nam vbi vocantur descendentes masculi, & in eorum defectu foeminae de maiore in maiorem, vt hic, quilibet habet suam propriam vocationem & substitutionem, & primo vocatus debet praerari postea vocatis, vt resoluit Paulus de Castro in eleganti illo & saepe allegabili consilio 164. libr. 2. numer. 16. vers. scilicet non obstat, Abbas consil. 85. numer. 5. & 6. libr. 1. Son. in l. si cognatis, numer. 5. ff. de rebus dubis, Alexand. consil. 4. numer. 14. libr. 4. Capoll. consil. 54. nume. 3. Bertrandus consil. 314. colum. 4. libro 4. Augustinus Beronus consil. 84. numer. 73. libr. 2. Emanuel Costa in questione patrii & nepotis, pagin. 111. in versiculo quarto non obstat, Beronus consilio 71. numero 57. libro 1. Decius consilio 469. numero 1. Alexand. consilio 109. numer. 10. & 11. libr. 7. Cornueus consilio 37. libro 1. numer. 5. & 6. Bartol. consilio 88. numero 3.

Et ordo & datus inter primo nominatos, seruari debet inter reliquos substitutos, vt concludit Ancharr. consil. 27. num. 7. quem, licet corrupte, refert & sequitur Curtius Senor. vbi hoc latius fundat consil. 51. nume. 11. cum sequentibus, & consil. 75. num. 13. vers. scilicet, consil. mo praemissa, facti text. in l. ertia, in principio, ff. de fund. instruct. instrument. §. legat. ibi, scilicet, in fideicommissi causam de dictam videri placuit, quae si fuerat legatus, Bartol. & Doctores in l. fin. ff. ad T. ebellian. & in l. cum pater, §. ab institutione, ff. de legat. secundo. & in l. licet imperator, ff. de legat. primo. Vnde ordo datus a fundatrice in praetata clausula, ibi, Esia la sazón de vuestro finamiento, & c. quamuis loquatur in filio primo vocato, seruari debet in ceteris successio-nibus descendentes eiusdem per supra dicta maxime per verba alterius clausulae iam supra relatae, ibi, Con las condiciones e proxiaciones ayan y hereden este dicho mayorazgo los vuestros hnos descendientes, & c.

Vtremus & haec pars inuatur. Nam quousque exstat aliquis de generatione & linea illius, ad quem peruenit maioratus, ipse debet praerari alius alterius lineae postea vocatis, & prius quam fiat in successione locus secundo genito & ipsius lineae, debet in totum extinguere prima linea, vt probat text. in capitulo 1. §. fin. de natura successio-nis, feud. ibi, sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliae lineae vocantur, & ibi notat Praeposit. text. in capitulo 1. de duobus fratr. & in capitulo 1. de successio-nis, fratr. vbi Afflic. numer. 7. 8. & 24. idem Afflic. in capitulo 1. de successio-nis, feud. in principio, numer. 77. Paulus de Castro dict. consilio 164. numer. 1. & 5. libro 2. Praeposit. in capitulo 1. de feud. March. numer. 8. & 10. ad finem Afflic. in capitulo 1. numer. 77. de natura successio-nis, feud. Neius in tractatu. bannit question. 9. primi temporis, circa fin. notat Cornueus consil. 190. numer. 3. libr. 3. Socinus consil. 51. numer. 5. libr. 4. & Decius consil. 397. numer. 3. Aluar. inter consil. Grat. consil. 8. Reymus consil. 9. num. 5. libr. 1. & consil. 19. numero 6. libro 2.

Sed certum est & de iure, quod quilibet fratrum constituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur, vt declarat Socin. consilio 23. numero 8. libr. 3. & consilio 63. libro primo, Decius consilio 379. numer. 4. Socinus Junior consil. 10. numero 4. libr. 1. Reymus consil. 27. numero quarto, libro tertio. Ergo cum de linea possessoris super sint nunc filiae foeminae & deficient masculi, & linea patris magni sit alia & diuersa ab ea, consequens est, vt nullo modo, saltem iuridico, possit maioratus hic peruenire ad praedict. patruum, quousque finita sit in totum linea possessoris. Quod si, vt licet in maioratus successione & maris foeminae praeratur in eodem gradu & linea, etiam maris sint etate minores

fec. minis primogenitis, vt notat Couarr. *libr. 3. var. resol. capitulo 5. nume. 5.* atamen filia primogeniti etiam p^ramortui viuente patre excludit patrum masculum secundo genitum, vbi ex conditionibus & legib. primogenii fœmina non excluditur, vt probat alios auctores idem tenentes referens idem Couarruias in *practica. question. capitul. 38. nume. 8.* quem sequitur & bene probat nouissime Pelacz de maiorat. *secunda part. question. 6. numer. 7.* Vbi a *num. 2. cum sequentib.* latissime pluribus probat tam de iure quam consuetudine totius Hispaniæ receptissima, quod in bonis maioratus regulariter fœminæ succedant & excludant patrum secundo genitum, non exstantibus masculis in eodem gradu, nisi per auctorem maioratus expresse aut per euidentiſſimas coniecturas excludantur. Cum igitur in proposito nostro fœminæ non excludantur a successione huius maioratus, imo inuidentur & vocentur in defectum masculorum, iure optimo & a fortiori filia fœmina maior possessoris huius maioratus excludet prædict. patrum magnum post mortem patris nunc possidentis, cum etiam iuxta supra dicta excluderet proprium patrum si superesset, qui tamen esset propinquiori gradu, quam prædict. patruus magnus, qui est in vltiori, ipsa vero filia maior ipsius possessoris sit in proximiori vtriusq; patruis.

15 Tertio pro hac parte facit communis illa opinio, quam pluribus allegatis refert Gaspar Baeca in *tractat. de non meliorandor. d. filias, cap. 7. nu. 33.* quæ habet: Quod etsi statutum excludat fœminas propter masculos, fœmina ex masculo non repellitur. Et licet ibi ipse cum aliis dicat, contrariam opinionem videri veriorē, superiorem tamen primam sententiam appellat communem ex testimonio Iasonis, aliosq; eam tenentes refert. Quam etiam ex eodem Iafone alios quoq; tenentes refert addensq; quod non excludetur a patruo, testatur communem Andreas Tiraquel in *tractat. de primogenit. 15. questione prin. ipal. numer. 4. fol. 291.* Vbi loquitur, quando pater nepis præmortuus fuit in vita possessoris, quia ipsa succedit per representationem patris, qui succederet si superstes foret filius. Et *num. 7.* inquit esse sine dubio, quod si filius primogenitus superstes fuit patri, & postea moriatur relicta filia, ea suo patri succedit, nec eius patruus quicquam petere poterit. Nam filius primogenitus transmisit in suum heredem, etiam fœminam, per l. cum antiquioribus, cum similibus, *C. de iur. delib.* quia sufficit femel fuisse ius quaesitum, l. videmus, ff. quod met. caus.

16 Quarto pro hac eadem parte allego consilium Rolandi a Valle *55. per totum libr. 1.* vbi notatram prope questionem mouet, scilicet, *An stante statuto, quod filia dotata a patre vel a matre, existantibus fratribus, non possit succedere patri vel matri, filia excludatur a successione patris propter existentiam fratris defuncti?* Et relatis sex fundamentis pro parte patris probat, fundat & sequitur partem filia aliis sex fortioribus fundamentis. Et respondet optime contrariæ partis fundamentis.

17 Quinto pro hac parte, quod tradit Curt. Iunior *consil. 6. column. 4. versic. 4. conclusion.* vbi inquit, quod si statutum excludat filiam propter agnatos primi gradus, computando gradus de iure Canonico, non excludetur filia propter agnatos primi gradus ipsi defuncto, puta propter patrum defuncti, sed propter agnatum, qui ipsi filia sit in primo gradu, videlicet per patrem ipsius filia. Quod Curtii consilium & aliud Bruni refert & sequitur Roland. a Vall. *vbi supra numer. 25.* Ecce igitur expressa determinationem in nostro casu in fauorem filiarum dicti possessoris. Confert etiam ratio, quam ibi assignat Rolandus *nume. 27.* dicens, quod si statuen-

tes voluissent intelligere de fratre defuncti & sic de patruo, vtiq; expresse hoc sciuisent dicere si voluissent, *argument. l. 1. §. in autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.* Decius *consil. 309. column. 4. versic. nec obstat.* Vnde cum hoc non expresse sint, fumenda est interpretatio, quod mens ipsius statuentis fuerit, quod tantum filia excludatur a fratribus suis & non a fratribus defuncti, vt ibi refert ex Socin. in simili casu, quæ ratio militat quoq; in nostro. Nam testatrix tantum excludit filias fœminas propter filios & alios descendentes masculos possessoris maioratus, quibus deficientibus expresse vocauit filiam maiorem eiusdem possessoris. Ergo filia ex filio masculino vltimo possessore non excludetur propter patrum magnum, hoc est patruum patris sui, si quidem hoc minime expresse testatrix & sic noluit, quia si vellet expresse.

Huiusmodi enim statutum siue præceptum exclusiuum fœminarum propter masculos est correctorium iuris & accusatiuum naturæ: Quo casu nedum stricte sed strictissime intelligendum est & ad vnguem & contextum obseruandum interpretari debet, vt minus laxatius commune, quam sit possibile, vt omnia hæc dicit & probat sigillatim in terminis dicti statuti Rolandus a Valle *vbi supra numer. undecimo & sequentibus, & numer. vigesimo nono* allegat plures alios Doctores tenentes expresse hanc opinionem in fauorem filia, in casu dicti statuti, contra fratres defuncti: Maxime quod in nostro casu expresse testatrix vocauit fœminas deficientibus masculis, & prout sensit, eiusdem linea & gradus, & excludit alias personas per hæc verba, *En otros algunos.*

Sexto pro hac eadem parte in expressis prope terminis allego Tiraquellum in *dict. tractatu primogenitur. 10. question. princip. numer. 18. & tribus sequentibus, præcipue numer. 21. fol. 287.* Vbi tenet, quod stante statuto vel concessione feudi, quod exstantibus masculis, filia fœmina non succedit, eis deficientibus succedit fœmina primogenita, cum deest masculus ex eo, qui postremo successit aliis. Nam etsi esset ex aliis iam exclusis per inclusionem illius, certe sola istius inclusi filia ius primogeniti obtinebit exclusis illis masculis; Verbi gratia, cum duo essent filii, primogenitus successit excluso secundo genito: deinde ipse primogenitus moritur relicta vna tantum filia, certe ea tantum succedit excluso etiam patruo secundogenito. Nam quam diu superest aliquis siue masculus siue fœmina ex linea, ad quam hereditas femel peruenit, alia linea postposita, non fit transitus ad istam lineam iam exclusam. Ita Tiraquellus *vbi supra* allegans alios. Et *numer. 25.* addit, quod exstante consuetudine (sicut in proposito adest expressa testatoris voluntas) quod primogenita non exstantibus masculis obtineat ius primogenituræ, talis consuetudo intelligitur de masculis eiusdem gradus; quod si sint remotioris gradus, certe primogenita illos excludit vt talis consuetudinis, cum Baldo & Curtio Iuniore quos refert, limitantibus ex hoc quod scribitur in *dict. capit. primo. de eo. qui sibi & heredib. suis:* de quo textu fuit factum primum fundamentum contrariæ partis. Si igitur filia vltimi possessoris excludit patrum fratrem patris sui a successione maioratus, a fortiori excludit patrum patris sui, hoc est fratrem aut sui in proposita nostra questione; quia hic remotior est illo.

Septimo pro hac parte adduco optimam doctrinam & decisionem plurimorum Doctorum, quæ habet; Quod licet fœmina alias excludatur a successione maioratus, hoc tamen fallit, quoties maioria fuit primum iustituta a fœmina; quia in dubio fœmina fœminam non censetur repellisse ab eo iure deficientibus masculis, etiam si vtatur verbis masculini sexus aut

18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

quæ ad masculos referri solent, vt tradit Tiraquel *dict. quest. 10. num. 27.* & consuluit Ancharr. *consil. 339. colum. 5. vers. tertio proles,* & sequuntur purimi, eosque referens D Molina de Hispan. *primog. lib. 3. cap. 5. num. 73.* & Pelacz eodem tractatu *secunda parte, quest. 6. num. 68.* & Burg. de Paz in *prologo legum Taur. num. 12.* sed in nostro casu fœmina fuit, quæ fundauit hunc maioratum, & deficient masculi eius linea, in quo vltimo introiuit maioratus: Ergo filia maior vltimi possessoris præferri debet patruo suo magno.

21 Maxime, cum hæc sit consuetudo vniuersalis, præcipue Hispaniæ in maioratum successione, vt filia vltimi possessoris masculi, præferatur omnibus aliis, etiam masculis alterius linea & gradus remotioris, vt est notum & videmus feruari quotidie, & præterea probatur ex *leg. 2. titul. 15. part. 2* & dictum est supra, etiam si in talibus maioratibus præferantur masculi fœminis.

22 Sed consuetudo Hispaniæ pro maioratibus seruanda est, vt optime probat Couarr. *libr. 3. variar. resol. cap. 5. in princip. & per totum.* Vbi *num. 5. in vers. versus epimio,* inquit, plures Doct. allegans, quod si fœmina propinquior, et qui vltimo maioratum obtinuit, præferenda est masculino remotio, & qui eiusdem linea particeps non est simul & gradus; & quod apud nos (scilicet Hispanos) hæc opinio est moribus & consuetudine recepta. Et quod in hoc maioratu, de quo agimus, potissimum sit obseruanda consuetudo Hispaniæ, probatur ex verbis illius maioratus, ibi, *Gozedes dellos vos el ducho mio, e vuestros descendientes por la vna e manera suso de ha, e los ayades con los priuilegios, e libertades que han, e denen a vnos los bienes de mayorazgo, segun derecho, e fuero, y uso y costumbre de los Reynos de Castilla.* Nam fœminis descendentes testatrice, deficientibus masculis eiusdem gradus & linea prælati ab ipsa eisdem fœminis, magnum est hoc priuilegium & libertas, secundum consuetudinem Hispaniæ, vt præferantur ipsa fœminæ aliis masculis alterius linea.

23 Octauo pro eadem parte adduco. Nam quotiescunq; in aliqua parte seu clausula primogeniti vocantur fœminæ, etiam si plures in eo primogenio masculi vocati fuerint, in eo non censetur habita agnationis ratio, sed solum prælatio masculis tributata vt in eorum det. Et fœminæ eiusdem gradus succedant, quod dixit Bald. *consil. 473. lib. 5.* Vbi inquit, tunc censeri agnationem conseruatam, quando fœmina semper excluditur & nullo casu admittitur: & quod tunc quicumq; agnatus, quantumcunq; remotus, fœminam propinquiore excludet. Item etiam notat Alexand. *consil. 115. num. 10. libr. 2.* Vbi inquit, non censeri habitam rationem agnationis, vbi fœmina in aliqua parte dispositionis vocata inuenitur: & sequuntur plurimi, & eos

24 referens D Molina *pro Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 25. & 29. & 50.* Sed quoties maioratus instituitur genericè & absolute fœminas propter masculos a maioratus successione excludit, nec se illas propter masculos remotiores excludere velle adiecit, ea exclusio propter masculos eiusdem linea & gradus, non autem propter remotiores intelligenda est, ita, vt masculino eiusdem gradus & linea deficiente, fœmina ob eius defectum ad huiusmodi maioratus successione admittenda sit, ac si nihil peculiare circa hoc a maioratus institutore dispositum fuisset, vt tenet Bald. *consilio 275. versic. item non est, volumine 2.* Paulus Castrens. qui singulariter & in propriis terminis loquitur *consilio 47. numer. 1. & 2. libro 1.* Quod etiam plurimi sequuntur; congerit Dn. Molina *vbi supra numer. 70.* qui idem sequitur, nisi aliud constet ex vocationibus seu coniecturis, vel ratione agnationis conseruandæ expresse vel subintellec. Quod minime constat in nostro casu; cum expresse vocauerit testatrix fœminas, iuxta modo proxi-

medicta in hoc eodem fundamento. Sed & eandem sententiam optimis præterea com probat fundamentis, & præcipue legibus Regiis alios sequaces allegans latissime id agens Pelacz in eodem tractatu de maiorat. *2. parte, questione 6. nume. 24. & sequentibus:* Sed in proposito expresse sunt vocata fœminæ in defectum masculorum, nec est expressum nec tacite subintellectum, vt masculi remotiores excludant fœminas propinquiores, imo contrarium constat ex clausula pro hac secunda parte supra adducta. Igitur manifestissima est iustitia filia maioris præsentis possessoris maioratus aduersus patrum suum magnum. Per quæ omnia hæc secunda pars, tanquam receptoribus & verioribus sententiis fulcita amplectenda meo iudicio est.

Restat, vt respondeamus fundamentis contrariæ partis. Et primo respondeo *capit. primo, de eo, qui sibi & heredibus suis, &c.* quod procedit, quando masculus & fœmina sunt in eodem gradu, vt constat ex ipomet textu. Nos vero agimus, quando fœmina est in proximiori gradu quam masculus: quo casu limitatur decisio text. in *dict. capit. 1. ex Bald. Curt. Iunior & Tiraquel* quos supra retuli. Nec obstat, quod ratio illius text. sit generalis, &c. quia in nostra materia non habet vilo modo locum extensio de vna persona & gradu ad alium, vt supra est dictum, & infra latius dicitur in responsione ad secundum fundamentum.

Secundo pro fundamento prioris partis satisfacio: 26 contrarium, imo quod filia testatoris excludat matrem ex suo, tenere eundem Decium sibi contrarium *articulo consil. 370. per totum.* Nec obstat, quod ex clausula expressa huius maioratus præfertur filia testatrice neptibus & proneptibus testatrice: quia respondeo, tantum præferri a testatrice prædict. neptibus & proneptibus masculis ipsarum, eisq; deficientibus filiam primi vocati. Vnde prædict. præd. ad alias personas in clausula non expressas extendenda minime est. Quo fit, vt præd. patruus minime præferatur filiabus vltimi possessoris maioratus: quia exstante statuto, quod filia fœminæ non succedant exstantibus masculis, etiam si statutum faueat linea masculina, in tali statuto exclusiuo fœminarum non fit extensio de vna persona ad aliam, sed exclusio restringitur in personis expressis. Itaque nunquam quis excluditur, nisi a personis specificatis in ipso statuto. Ita tenet Bald. in *l. sed & multus, in princip. ff. de exheredat. tutor.* Vbi infert, quod licet filius excludat matrem, nepos ex filio non excludit matrem: item etiam, quod etsi statutum excludat matrem existente patruo, non habet locum statutum in patruo magno. Etiam si in præd. casibus militet ratio agnationis conseruandæ, nihilominus tamen cessare debet, quia in illis casibus non loquitur statutum, vt tenent Bald. & alii, & eos referens late probat & sequitur Decius *consil. 451. numer. 6. & sequent. præcipue numer. 9. & 10. & latissime idem Decius consil. 553. numero 4. & sequent. & iterum consil. 625. numer. 1. 2. & 3. idem Decius consil. 688. numer. 2. & sequent. & 569. numer. 2.* quibus in locis plurimam infert ex modo proxime relata doctrina, quæ plurimum conducunt in proposito. Eandem etiam illationem Bald. de statuto excludente matrem propter patrum, vt non excludat eam exstante patruo magno; tenet etiam Alexand. *consil. 97. numer. 7. libro 2. vbi numeris sequentibus,* alia adducit, quæ faciunt in fauorem huius responsionis ad prædict. secundum fundamentum prioris partis: Et latissime supra dicta plurimos referens & alia in fauorem adducit Dn. Molina *dist. libr. 3. de Hispan. primog. c. 50. nu. 10. & seqq.* Vbi testatur communem esse doctrinam, quam ex Bald. in *l. sed & multus,* supra retulimus, refertq; plures idem tenentes: id late probat Pelacz *vbi supra 2. parte. o. qu. nu. 102. & seqq.* A for-